



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Cognoscendi Causas Episcoporum. iuxta dispositionem S. C. T. sess.
24. cap. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

non dabitur possessio, nec aliqua fructuum perceptio, nisi finalem victoriam obtinuerit, & sic maius præiudicium fieret tertio per executionem, per quem sequeltrum.

- 6 Si vero sententia fuerit data in Curia Romana, vt in terminis dict. Clem. tunc appellatio non impedit sequeltrum, quod non fit autoritate, & mandato Iudicis, sed legis ita disponentis, vt in l. fin. C. quibus appellare non licet, quia lex non dicitur grauare, vt tradit Bald. in cap. ad nostram de appellat. & an sit exprimenda causa in appellatione a sequelstro sunt duæ opiniones contrariæ, quas refert Gratian. sup. num. 24. & tutior est opinio, vt causæ exprimantur, cum sit interlocutorium decretum sequelstri, vt tradit Cas. ad. dict. decif. 4.

RESOLVT. CCCCXC.

- 1 Sententia condemnatoria expensarum, an habeat vim diffinitiuæ, & n. 2. & 3.
4 Rigor commissionis non extenditur ad duo specialia.
5 Appellare an liceat a taxatione expensarum.

Sententia condemnatoria expensarum, an habeat vim diffinitiuæ ad admittendum appellat.

- 1 Sententia diffinitiuæ, licet possit exequi appellatione remota, quando definit peremptorie totam causam, tamen si condemnatio expensarum taxetur post appellationem, etiam si Iudex referauerit in se eius taxationem si sententia exequatur, quoad expensas dicitur Iudex attentare, & vim facere, & per consequens omnia sunt reuocanda, ita resoluit Rota decif. 46. de re iudic. in antiquis, & tenet Butr. in cap. pastoralis num. 4. de appell. vbi Decius vers. postremo, quod maxime procedit, si inhibito præciserit taxationem, vt tradit Mandosius de inhibito quæst. 106. in fine, & ratio nostræ principalis quætionis est, quia in dicta taxatione expensarum potest reus grauari excedendo modum taxationis, & sic datur appellatio ex hac causa, quæ non potest esse decisa per sententiam diffinitiuam, vt docet Bald. in l. facimus ad finem, vt C. de iudicijs, Afm. in Praxi cap. 2. §. 32. n. 2.
2 & ideo licet causa principalis non suspendatur per appellationem, suspenditur sententia taxationis, vt declarat Dec. in dicto cap. pastoralis. §. verum, ad finem, num. 4. si verò taxatio fiat incontinenti, & ante appellationem, tunc Iudex non dicitur aliquid de nouo facere, vt tradit Lancell. de attent. appell. pendente limit. 1. n. 11. & ita declarat decif. Tholosana 460. & Lopus allegat. 82. n. 8. Felyn. confil. 13. vbi alios refert pro contraria opinione, quæ verior mihi videtur, quia parum interest, quod taxatio fiat incontinenti, & ante appellationem, si continet taxatio grauamen, & sic tempus ad appellandum datur, vt in cap. non solum de appell. lib. 6.
3 In qua varietate opinionum distinguendum esse censeo, quia aut loquimur de Iudice commissionis, aut de Iudice ordinario: in primo casu procedat prima opinio, quia licet Iudex commissionis procedat, cum clausula appellatione remota intelligitur respectu causæ principalis, vt dicimus in quæst. fin. num. 10. quia licet causa principalis, de quibus nihil fuit dictum, & per consequens rigor commissionis non extenditur ad duo specialia circa causam principalem, & circa expensarum condemnationem ne quis duplici onere grauetur, vt explicat Gratianus discept. forens. 2. p. ca. 348. ex n. 7. in secundo vero casu, quando sententia diffinitiuæ exequitur post tres sententias conformes de iure canonico, vt in Clem. 1. de re iudicat. vt tradit Co. uarr. practicarum, capit. 25. num. 9. Gabriel. lib. commun. tit. de statutis, concl. 3. num. 9. tunc non admit-

Aloyf. Rice. Praxis Pars IV.

- 5 ritur appellatio a taxatione, & executione expensarum, quia dependet a causa principali propter referuationem in dicta sententia factam, vt tradit Rota decif. 46. tit. de sentent. & re iudic. in antiquis, Mandos. de inhibitionibus, quæst. 106. Lancellot. de attentat. tit. de appell. pend. limit. 1. n. 3. & ita obseruatur, & practicatur in omnibus tribunalibus Ecclesiasticis, & secularibus, & secundum istam distinctionem terminabitur articulus violentiæ, cum causa de facto contingat.

PRAXIS COGNOSCENDI CAVSAS
Episcoporum.

Iuxta dispositionem S. C. T. sess. 24. cap. 5.

RESOLVT. CCCCXCI.

Quid disponat circa cognitionem causarum Episcoporum.

- 1 In sess. 24. cap. 1. habentur hæc verba, Causæ criminales grauiiores contra Episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione dignæ sunt ab ipso tantum Summo Romano Pontifici cognoscantur, & terminentur, quod si huiusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prius ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio, & specialis sit, & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata, nec vnquam prius his tribuat, quam vt solum factis instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant: reseruata eidem Sanctissimo sententia diffinitiuæ; cætera aliàs sub felic. record. Iu. 10. III. super his Decretis, nec non & constitutio sub Innocent. III. in Concilio generali, quæ incipit: Qualiter, & quando, quam Sancta Synodus in præsentem innotat, ab omnibus obseruentur. Concordat Conc. Sard. cap. 3. cap. ad abolendam, cap. excommunicatus, §. damnati verò, de hæretic. cap. quo iure dist. contra Episcopos.

RESOLVT. CCCCXCII.

- 1 Archiepiscopus an possit formare processum contra Episcopum.
2 Prohibitus iudicare in vna causa, an censeatur prohibitus assistere.
3 Concilium Prouinciale, an possit formare processum contra Episcopum ad finem transmittendi ad Summ. Pontif.

Archiepiscopus, seu Prouinciale Concilium an possit formare processum contra Episcopum vt illum transmittat Roman. Pontif.

- Ad deo secundum tradita per Concil. Tridentin. causa Episcoporum tractandæ sunt coram Romano Pontifice, vt nec Prouinciale Concilium, aut Archiepiscopus possit formare processum ad finem illum transmittendi Romano Pontifici, etenim absolutissimum est causas criminales Episcoporum grauiiores, etiam hæresis, quæ depositione dignæ sunt à Papa solum cognosci debere; & si fortè necessario, tales causæ extra Romanam Curiam essent committendæ requiritur specialis commissio manu Sanctissimi signata faciendæ Episcopis, vel Metropolitanis, qui solam facti constitutionem sumere debent, & processum ad eundem Sanctissimum statim transmittere, cui sententia diffinitiuæ reseruatur, ita mandat Sacrosanct. Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 5.

Qq

2 Et

- 2 Et prohibitus iudicare in aliqua causa, censetur pariter prohibitus assistere, & formare processus, ut per Annam in alleg. 42. tom. 1. Gaspar. Thesaur. q. 51. p. 1 & ita declarauit Sacra Cardin. Congreg. cuius tenor est, *Sacra Cardin. Congregatio censuit, quod Concilium Prouinciale non posset formare hunc processum contra Episcopum, ad effectum transmittendi illum ad Sanctissimum, quia vult hoc, & c. ut non solum definitio, sed etiam cognitio sit tantum Sanctissimi, sic Congregatio censuit die 3. Octobris 1585.*

RESOLVT. CCCCXCIII.

- 1 *Causæ criminales Episcoporum non possunt tractari, nisi coram Summo Pontifice, & quid in causis minoribus, num. 2.*
3 *Decisio Sac. Congregationis refertur.*

Minores causæ criminales Episcoporum an possint definiri per Concilium Prouinciale.

- 1 **L**icet, ut dixi supra causas criminales grauiiores Episcoporum, non nisi coram Summo Pontifice tractandas esse.
2 Tamen supradicta conclusio minimè procedit in causis minoribus, ut probatur ex verbis eiusdem Concilij, ibi *Minores criminales causæ Episcoporum, in Concilio tantum Prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel a deputandis per Concilium Prouinciale, quia modica, & minima non sunt habenda in consideratione, & de minimis causis non est tantum curandum, ut plena manu iuxta morem comprobatur Nouari. for. q. 37. n. 9. & seq. tom. 1. & ita censuit Sac. Congreg. per hæc verba. In Concilio Prouinciali possunt tractari, & definiri causæ criminales minores, non existentibus duodecim Episcopis a Concilio requisitis, quia constat Concilia Prouincialia ex minori numero Episcoporum consistere, neque obstat, quod in cognoscendis causis Episcoporum requirantur duodecim Episcopi, quia illud procedit in causis maioribus, & ita censuit Congregatio, ut dicit Nouarius conclus. 1. n. 5. de foro compet. in suo Pontific. Nec est necesse, quod debeant esse Episcopi, qui deputati sunt per Concil. Prouinc. quia facultas est generalis, & ita censuit Sacra Congregatio.*
Item possunt deputati prædicti cognoscere, & determinare causas Concil. Prouinc. dissoluto, si causæ erant ceptæ, ab istis deputatis ante dissolutionem dicti Concilij, quia in simili non expirat iurisdicção delegatis, quando vero causa non erat cepta dicti deputati, tunc non possunt amplius illas terminare, ut eadem Congregatio censuit.

RESOLVT. CCCCXCIV.

- 1 *Citari quilibet potest.*
2 *Episcopus quando potest citari ad comparandum in Romana Curia, & num. 4.*
3 *Causæ criminales Episc. tractantur coram S. Pontif. n. 6*

Citari quando possit Episcopus ad personaliter comparandum in Romana Curia.

- 1 **C**itari quilibet regulariter urgente causa legitima potest, iuxta notata per gl. celebrem in Clemēt. pastoralis de sententia, & re iudic. Bal. in conf. 29. vol. 1. Alex. in conf. 16. n. 17. & seq. vol. 2. Dec. in consil. 33. n. 6. Monald. in conf. 71. n. 6. vol. 1.
2 Verum conclusionem supradictam minimè in Episcopis procedere disponitur per S. Conc. Trid. sess. 13. c. 6. vbi sanctè, & iuste mandatur Episcopos minimè citandos ad personaliter comparandum, nisi ob causam, ob quam veniret deponendus, siue priuandus.

- 3 Ampliatur etiam procedere, siue per viam inquisitionis, siue per iudicis officium procedatur, ut volunt Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quæst. 59. Salzed. in add. ad Diaz. in prax. crimin. cap. 112. Gratian. lib. 1. quæst. forens. cap. 169. n. 15. Quos omnes eruditissime refert more suo, Nouarius in suo opere non iur. Pontificij conclus. 9. alias 1. de foro competenti.

Ratio autem prohibitionis credo, quod deduci potest propter eminentiam Episcopalis dignitatis, ut probatur in c. primo, & c. quia Pontifici de offic. delegatis, & in Conc. Trident. sess. 25. cap. 6. de reform.

- 4 Ampliatur secundo in atrocissimis delictis, nam ad Romanam Curiam citari non possunt, nisi in primis accedat specialis commissio Papæ, ut fanciuit bonæ memoriæ Pius IV. in constitut. incip. de salute gregis Anno eius Primo, prout refert Cocher. de iurisdic. ordin. in exemptos par. 1. quæst. 41. præcipue si resideant, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 41. n. 5.

5 Nam omnes criminales causæ grauiiores Episcoporum Summo Pontifici referuntur, qui si extra Curiam deleget, requiritur specialis commissio manu ipsius signata, & ut adsint ad sententiam duodecim Episcopi, cum Metropolitanis referuata, eidem Sanctissimo sententia diffinitua, Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 5. Flamin. de resignat. lib. 10. quæst. 10. n. 40. Henric. in summ. lib. 13. cap. 55. §. 2. de iure vero antiquo si contingeret criminaliter agi contra Episcopum, & crimen postulare depositionem ab ordine, & dignitate Episcopali, examinanda erat causa ab omnibus Episcopis totius Prouinciæ, vna cum Metropolitano, vel vt minimè ad duodecim Episcopos vltra Metropolitanum, ut notat Gl. in suum. verb. quod autem 3. quæst. 8. per text. in cap. si quis

- 6 Episcopus criminaliter 6. quæst. 4. iure postea recentiori dicti Episcopi cognoscere poterant, vsq; ad sententiam tantummodo; sententia autem, & definitio referuabatur Papæ, ut in cap. accusatus, ut in c. quamuis, & in cap. multum stupeo 3. quæst. 6. Aluar. Guerrero in speculo iuris Pontificij, c. 29. quia semper ad solum Papam pertinet Episcopos deponere, vt asserit Innoc. III. in cap. quod translationem 4. & ibi gl. verbo referuata de officio legati, & gl. verbo pertinere in c. sicut 8. de excessibus Prælat. cap. inter corporalia de translat. Episcop.

RESOLVT. CCCCXCV.

- 1 *Causæ Episcoporum à Romano Pontifice terminantur.*
2 *Sedes Apostolica dicitur caput omnium Ecclesiarum.*
3 *Episcoporum priuatio ad solum Papam spectat.*
4 *Causæ criminales Episcoporum, an possint delegari.*
5 *Episcopi ob quam causam possint citari, ut personaliter compareant coram Summo Pontifice.*

Causæ depositionis Episcoporum ad quem spectet.

- 1 **E**piscoporum causas à Rom. Pontif. Sedeque Apostolica, & non ab alio finiri, vel ab Apostol. Sedis constitutis iudicibus dignosci oportere traditur in c. Inquisitores de hæret. in 6. c. nullam 2. qu. 5. faciunt c. omnis, c. ad Romanam, c. si quis putauerit, c. ideo, c. si quis Episcopus 2. q. 6. c. dudum 3. q. 6. c. 1. & seq. 6. q. 4. c. maiores de Baptismo, c. vltra Prouincia 3. q. 6. c. Synodum dist. 17. c. ipsi Canonem 9. q. 3. c. cuncta per modum eadem causa, & q. c. multis 17. dist. in quibus iuribus habetur difficiliores, & maiores causas ad Sedem Apost. referre oportere, & in c. præceptis 12. dist. inct. ait Gregor. Pap. IV. nulli dubium esse non solum Pontificalem accusationem, sed etiam hominem Sanctæ Religionis relationem ad Sedem Apostol. cam, quasi ad caput Ecclesiarum debere referri, & inde normam accipere vnde sumpsit exordium, & huiusmodi

modi causas Episcoporum, tanquam maiores ad Roman. Pontific. spectare resoluunt, Abbas in dict. cap. maiores, num. 1. & 3. de Baptismo, & in cap. vt debitus num. 9. & 37. de appellat. & cap. 2. de accus. vbi Felyn. num. 2. notab. vlt. aduertit. Primates posse cognoscere de crimine Episcopi, & licet non possent deponere, credatur, tamen deponendum Episcopum pronuciare, & ad Papam sententiam depositionis referre, Bero. in ca. 1. de iudic. num. 69. cum sequent. demonstrat. Episcopi priuationem ad solum Papam spectare, & ab alio deponi non posse, Turrecrem. in. cap. vbi que is, quaest. 7. num. 5. 6. & 7. resolut. Episcopi causam criminalem, in qua, aut deponendi, aut priuandi ab ordine agitur, solum Papam cognoscere, idque decere Summum Pontific. facere adhibito Amplissimorum Cardin. Concilio, sicut in ceteris arduis, ita vt a Prouinciali Concilio non possit Episcopus deponi, aut priuari, immo nec deponendum pronuciari, DD. in cap. 1. de translat. Episcopi, vbi Butrus num. 2. in 4. notab. Abb. num. 3. Bero. in dict. cap. 1. nu. 4. Nec a Patriarcha, vel Legato de latere, abique speciali Papae mandato, Gemin. in ca. Primates 2. quaest. 1. & in cap. remouantur 2.2. distinet. vbi ita declarat. cap. quia suspecti 3. quaest. 5. & addit eum Felyn. in c. non potest, col. 3. nu. 4. de re iudicata criminales Episcoporum causas non posse delegari, vel vt ipse loquitur non posse delegari fieri auctoritate, Gloss. magna in dict. capit. Inquisitores, de heretic. in 6. quod tamen sic est accipiendum, vt Papae delegatus, vel Vicarius, iudex vt in hisce causis constitutus non possit alteri delegare, vt loquuntur DD. relati a Felyn. dict. num. 4. in d. cap. non potest.

Speciali igitur reuerentia Episcopi, eorumque causa Summo Pontifici immediate subiiciuntur, vt probant text. in cap. quauis 3. quaest. 6. cap. Frater 16. quaest. 1. notat Borgos. de irregular. & dispens. par. 6. tit. quis possit excommunicare in fine, adeo nec quidem citari possint, vt personaliter compareant, nisi ob causam ex qua deponendi, siue priuandi renitent, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, Concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 6. in fine, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 124. lit. A. in nouis edit. Sbroz. de officio Vicar. Episcop. lib. 2. q. 59 num. 1. & 2. Gratian. discip. forens. cap. 169. num. 15. & ex quouis delicto, etiam atrocissimo.

RESOLVT. CCCCXCVI.

1. Archiepiscopus an possit cognoscere de causis civilibus Episcoporum.
2. Decisio Sacrae Congreg. refertur

An in causis civilibus modici momenti possit procedere Archiepiscopus contra Episcopum.

Considera in conf. 83. tenet indubitanter in causis civilibus modici momenti posse Archiepiscopum Metropolitanum cognoscere contra Episcopum, cuius opinionem sequuntur Monald. conf. 97. nu. 6. & sequi vol. 1. Marend. conf. 12. nu. 15. Henriq. conf. 57. nu. 6. nam quidquid sit in causis criminalibus Episcoporum, cognitio reseruata est Summo Pontifici immediate, vt voluit Abb. in cap. pastoralis n. 2. vers. nota de officio ordinarij, & expresse S. C. T. sess. 24. cap. 5. de reformatione, vt refert Scaccia in tract. de appellationibus, quaest. 8. nu. 98. vers. secus dicendum, & iuxta hanc opinionem fuisse per Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium, refert Marfillus in tit. de iudicijs cap. 2. per hec verba Sacra Cardinalium Congregatio censuit posse Metropolitanum cognoscere causas ciuiles Episcoporum.

Aloys. Ricc. Praxis Pars IV.

PRAXIS CAPPELLANI REGII.

Ad ornatum S. Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 11.

RESOLVT. CCCCXCVII.

1. Reges solent habere Cappellas proprias.
2. Cappellani Regij, qui proprie dicuntur.
3. Palatini dicuntur, qui Palatio seruiunt.
4. Hospitalia vnde sic dicta.

Qui dicantur Cappellani Regij. 3. 11

Ne super incognitis terminis progrediamur, sciendum est pro introductione, quod Reges solent habere Cappellam Regiam, & Regios Cappellanos, vt legitur in cap. cum Cappella de priuileg. quem ad id reportat D. R. Constant. in l. vnic. C. de Palat. & Domin. lib. 11.

Qui quidem dicuntur, & vere appellantur inferuientes eidem Cappellae, nomen siquidem recipit ex effectu rei, cum nomen sit consequens rei, l. nomen, cum ibi notatis, ff. de verb. signific. l. si idem, C. de codicill.

Inde Palatini dicuntur, qui Palatio seruiunt, l. vnic. C. de Palatini lib. 11. & Castrenses appellantur, qui habitant in Castro, vt per add. in rubr. C. de Castren. lib. 12.

Et Togati, qui portant togam, & cucullati, qui se induunt cuculla, & mercatores, qui merces exercent, Nouarius in Praxi electionis, & variationis for. q. 23. sect. 2. in vit. impress. Neapol. fol. mlii 103. col. 1. & hospitalarij vocantur ab hospitando, eo quia recipiunt hospites, & vniuersitates vocantur tamquam personarum vnio, idem in eodem tract. qu. 25. ead. sect. & Agricola dicuntur, quia agrum colunt, sique de singulis similibus inferri potest.

RESOLVT. CCCCXCVIII.

1. S. C. T. refertur super materia Cappellanorum Regiorum.

Quid disponat Conc. Trid. circa Cappellanos Regios.

Notandum est, quod in hac materia Regiorum Cappellanorum Sacrum Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 11. disponit, vt infra per sequentis verba videbimus.

Quoniam priuilegia, & exemptiones, quae varijs titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione excitare, & exemptionis occasionem laxioris vitae praeberet cognoscuntur, decreuit Sancta Synodus, vt si quando iustis & auius, etiam ferè necessarijs suadentibus causis aliquos honorarijs titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitatus Palatini, Cappellani Regij, aut alij huiusmodi in Romana Curia, vel extra insignibus decernendos esse placuerit, necnon alios cuiumq; Monasterio oblatos, vel quomodocumq; additos, aut sub nomine seruientium militijs, seu Monasterijs, Hospitalibus, Collegijs, aut quocumque alio titulo assimi, nihil ex iis priuilegijs detractum esse Ordinarijs intelligatur, quo minus ij, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi consigerit, ipsis Ordinarijs, itaquam Apostolicae Sedis Delegatis plenè in omnibus, & quo ad Cappellanos Regios iuxta Constitutionem Innocent. 111. quae incipit, Cum Cappelle subiecti existant, & exceptis tamen iis, qui praedictis locis, aut militijs actu seruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subq; eorum obedientia viuunt, siue iis, qui legitime secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat, non obstantibus priuilegijs quibuscumque etiam Religionis S. Ioannis Hierosolymit. & aliarum militiarum, quae verò

Qq 2 priu-